


Ms 145

127



**Nummorum Orientalium,
qui in Nummophylacio Academico
Regimontano**

asservantur,

Definitio et Explicatio,

qua

ad orationem pro loco Professoris Extraordinarii

rite obtinendo

die 11. Nov. anni MDCCCXLVI

h. l. q. c.

habendam invitatur

G. H. F. Nesselmann.



Regimontil Prussorum

Impressit Ern. Jul. Dalkowski.



Nummorum Orientalium

qui in Nummophylacis Acaemico
Regimontano

generantur

Definitio et Explicatio

ad orationem pro socio Professoris Eximii

in diebus

die II. Nov. anni MDCCCLVI

G. H. E. Wesselmann



Regimontano

Praefatio.

Nummophylacium Academicum Regimentanum, cujus partem quandam in hac dissertatione publici juris faciendam constitui, haud multos quidem continet nummos orientales, sed eos maximam partem rarissimos, immo nonnullos unicos, quare spero fore ut illorum accurata descriptio viris, quibus res nummaria orientalis cordi est, non ingrata veniat.

Hi nummi, quos in prioribus tribus classibus collocavi, omnes praeter septem (Nr. 44. 64. 100. 101. 102, 170. 171.), anno 1832 prope pagum Münsterwalde, ad sinistram Vistulae ripam haud procul a Marienwerder urbe situm, una cum aliis antiquitatibus effossi, et jamjam a viro doctissimo tunc temporis in Academia nostra linguarum orientalium Professore, Petro a Bohlen, descripti sunt *). Sed vir illustrissimus nimiae in hoc opere concinnando festinationi indulgens in titulis et in-

*) Historische und literarische Abhandlungen der Königl. deutschen Gesellschaft zu Königsberg, herausg. von J. W. Schubert. Vierte Sammlung. Kgsbg. 1838.

scriptionibus nummorum reddendis errata nec rara nec levia in publicum protulit, quae ego, pietatem erga praeceptorem haud laesurus, sed solis scientiae praeceptis obediens, in hac descriptione partim indicavi, partim silentio emendavi. Numeros autem, quibus Bohlen illos nummos signavit, uncis inclusos meis numeris addidi*). Nummus aureus Nr. 204.

*) Semel Bohlenii numeros addendos omisi, quare a lectore benevolo rogo, ut post meum numerum Nr. 70. 71. in parenthesi addat (68. 70). Ut autem facilius instituat utriusque descriptionis comparatio, addo hic numeros Bohlenianos, meis ad dexteram adscriptis:

B. m.	B. m.	B. m.	B. m.	B. m.	B. m.
1—1	30—30	59—60	88—83	117—123	146—150
2—2	31—31	60—62	89—89	118—124	147—152
3—4	32—32	61—61	90—92	119—110	148—155
4—3	33—49	62—63	91—93	120—125	149—154
5—5	34—36	63—65	92—94	121—126	150—153
6—6	35—37	64—66	93—95	122—127	151—157
7—7	36—39	65—67	94—96	123—128	152—156
8—8	37—41	66—69	95—97	124—129	153—162
9—9	38—40	67—68	96—98	125—130	154—159
10—10	39—43	68—70	97—99	126—131	155—160
11—11	40—57	69—72	98—111	127—132	156—161
12—12	41—38	70—71	99—103	128—135	157—167
13—13	42—45	71—73	100—104	129—139	158—168
14—14	43—47	72—74	101—105	130—140	159—169
15—16	44—25	73—76	102—107	131—138	160—164
16—17	45—48	74—77	103—106	132—137	161—165
17—19	46—50	75—79	104—108	133—136	162—166
18—35	47—42	76—78	105—112	134—133	163—163
19—20	48—15	77—80	106—113	135—134	164—172
20—21	49—51	78—75	107—116	136—141	165—173
21—23	50—52	79—81	108—114	137—142	166—174
22—24	51—34	80—86	109—115	138—143	167—158
23—33	52—53	81—87	110—117	139—146	168—175
24—26	53—55	82—90	111—118	140—147	169—176
25—27	54—46	83—91	112—119	141—148	170—177
26—18	55—56	84—88	113—109	142—149	
27—28	56—54	85—85	114—120	143—144	
28—29	57—59	86—84	115—122	144—151	
29—22	58—58	87—82	116—121	145—145	

anno 1833 prope Schlochau urbem in Prussia Occidentali inventus et a Viro Excellentissimo tunc temporis summo provinciae hujus Praeside H. Th. a Schoen Museo nostro conciliatus est. Anno 1835 mense Januario mercator urbem nostram peragrans, A. a Gotsch nummorum 473 maximam partem rarissimorum collectionem Museo nostro vendidit, inter quos 33 nummi orientales, quos in hac explicatione sub numeris 101. 102. 170. 178—180. 182. 185—187. 189—194. 197—202. 209—214. 218—221. 226. collocavi et descripsi. Nummos Samaritanos Nr. 227—231. una cum multis aliis praecipue Romanis (inter quos quinque aurei sunt) vir doctissimus E. G. Schultz, h. t. Regis Prussorum Hierosolymis Consul, anno 1845 Museo nostro dono dedit. Nummum aureum Nr. 100. rarissimum ego a mercatore Regimontano D. Davidsohn una cum duobis raris aureis Romanis hisce diebus emi. Nummi duo aerei Nr. 181 et 188 nondum quidem in Museo nostro Academico versantur, sed de iis acquirendis jam agitur, et fore ut brevi tempore inter nostros habeamus spero, quare a descriptione mea eos abesse nolui. De ceterorum, numero undeviginti, origine non habeo quod referam; diversis enim temporibus diversisque occasionibus illi singulatim sunt acquisiti; suntque nummi Nr. 44. 64. 171. 183. 184. 195. 196. 203. 205 - 208. 215—217. 222—225.

Nummi, quorum metallum non indicavi, argentei sunt; atque priorum trium classium omnes praeter

Nr. 100. sunt, qui Dirhemi vocantur. Ceterorum nomina, ubi mihi ignota erant, omisi.

Nummorum titulos et inscriptiones religiose et diligentissime, quoad fieri potuit, rescripsi, nec puncta, stellulas, flores ceteraque signa et ornamenta, quibus imprimis Samanidarum nummi affecti esse solent, neglexi. Nec non voces omissas et vitiose exaratas, ubi nummorum status eas adhuc discernere concedebat, diligenter adnotavi.

Post cujusque nummi annum ad aeram Mohammedicam expressum uncis inclusam addidi aeram Christianam, quam vero, ubi complures nummi eodem anno cusi sese excipiunt, ad primum tantum notavi, in sequentibus autem omisi.

Quum mei ipsius sumtibus hoc opusculum typis exarandum curavi, tabulas nummorum rariorum typos referentes addere non placuit. Sed et talis, qualis est, haec dissertatiuncula rei nummariae orientali incrementi aliquid afferat, toto ex animo opto.

Fortassis denique non ingratum erit, urbium, quarum ex officinis singuli nummi prodierunt, indicem hic addi.

Urbes	Anni	№	Urbes	Anni	№
انريجان	169	30		199	90
ارمينية	250	102		199	92
	277	103	افريقية	175	35
	286	109	اندرابة	293	141
	287	110		302	166
اسلامبول	1204	220	بدعة	175	34
اصبهان	196	86	البصرة	135	5
	197	87		136	7
	198	88		137	8

Urbes	Anni	№	Urbes	Anni	№
		142			297 148
بلخ		184			298 149
		185			299 150
		186			301 155
		187			301 156
		188			301 157
		193			302 162
		194			302 163
		195			303 167
		292	الشاش		279 104
		292	cf. quoque		280 107
		292	معدن الشاش		282 112
		299			282 113
		300			283 114
		302			284 117
تبريز		? 184			285 118
Tapuristan (Tebriстан)		165 178			286 120
تفليس		1190 190			286 121
		(1215? 191)			287 123
تونس		1152 209			288 125
		1163 212			289 126
		1172 214			290 128
جى		162 22			292 132
الرقّة		199 93			292 134
الري		147 11			293 140
سراى الجديدة		753 182			294 142
سمرقند		193 73			295 143
		193 75			296 145
		204 93			297 147
		279 105			300 153
		283 116			301 154
		285 119			302 159
		286 122			302 160
		287 124			302 161
		289 127			304 168
		291 129			305 169
		292 139			341 170
		296 146			? 171

Urbes	Anni	№	Urbes	Anni	№
شاه جهان آباد	1148	187		174	33
فسا	80	1		179	36
قسطنطينية	1099	205		187	52
	1115	206		188	54
	1143	207		188	55
	114?	208		189	57
	1187	218		190	60
	1198	219		191	64
قصر السلام	167	28		191?	65
الكوفة	135	6		192	66
	143	10		193	70
	202	95		193	76
	203	96		194	80
الحمدية	167	29		195	82
	170	31		198	84
	171	32		204	97
	180	39		280	106
	180	41		299	111
	181	43		245	101
	186	49	مرو	301	158
	188	53	(Fostat) مصر	235	100
	189	59	(Kahira) مصر	983	203
	192	69		?	204
	200	94		1171	213
	206	99		?	215
مدينة السلام	152	12		1183	217
	154	13	معدن الشاش	190	62
	156	14	الموصل	627	181
	157	16	نيسابور	193	72
	158	17		194	79
	160	18		282	108
	161	19	واسط	122	2
	162	20		125	3
	163	23		126	4
	163	24	Ceterorum nummorum urbes incertae sunt, sc. № 179. 180. 183.		
	164	26	185. 186. 188 (a. 1209), 189. 192		
	165	27	— 202, 221 (a. 1203 ?), 222-224.		

Classis Prima.

Nummi Chalifarum Omajjadarum.

1. Abd-ol-Melik ibn Merwân

65—86 H. (685—705 Ch.)

№ 1. (1). **Fesa**, anno 80 (699). Nummus rarissimus vel potius unicus. Nummum ibidem, sed anno sequente 81 cusum recensuit Fraehn (Recensio Numor. Muhammed. p. 7. № 20).

Area I. لا اله الا الله *Non est deus nisi*
الله وحده *Deus, unicus est,*
لا شريك له *Non est socius ei.*

Margo: بسم الله ضرب هذا الدرهم بفسا في سنة ثمانين
Nomine Dei cusus est hic Dirhem in Fesa (urbe) anno octogesimo.

Ar. II. الله احد الله *Deus est unus, Deus*
الصد لم يلد *aeternus, nec gignit,*
ولم يولد ولم يكن *nec gignitur, nec est*
له كفوا احد *ei aequalis ullus.*

Corani est Sura 112.

Margo: محمد رسول الله ارسله بالهدى ودين الحق
ليظهره على الدين كله ولو كره المشركون
Mohammed est legatus Dei, quem misit (Deus) cum directione et religione veritatis, ut eam efferret super omnes religiones, etsi repugnent ii, qui Deo consortes attribuant. (Secundum Corani Versiculos Sur. 9. v. 33 et Sur. 61. v. 9. cf. 48, 28).

Fesa vel Pesa urbs est Persidis provinciae ad orientem Schiras urbis sita.

Inscriptio areae I. in omnibus Chalifarum nummis immutata manet, aequae ac inscriptio marginis ejusdem, quae nummi locum et annum indicat, nisi quod praepositio في ante nomen سنة postea ejicitur. Nec non marginis II. inscriptio in omnibus fere Chalifarum nummis eadem retinetur. Sed areae II. sententia solis Omajjarum nummis peculiaris est. In ceteris igitur nummis recensendis non nisi ea adnotabo, quae a nostro discrepant.

2. Heschâm ibn Abd-ol-Melik

105—125 H. (723—743 Chr.)

№ 2. (2). **Wâsit** (بواسط) anno 122 (740). Ceterum sicut № 1., praeterquam Ar. II. linea 2. et 3. sic dissecantur لم يلدو | لم يولد (Fraehn Rec. p. 15. № 68). Wasit urbs, inter Kufam et Basram medium tenens (unde ejus nomen ortum est), Abdolmelici jussu a Iusuf al-Hedschâdsch anno 83 vel 84 H. (702 vel 703 Chr.) ad Tigrin fluvium condita est.

№ 3. (4). **Wâsit** anno 125 (743). Ceterum sicut № 2. (Fr. Rec. p. 15. № 70). Bohlen nescio quo errore seductus, saepissime in his nummis definiendis numeros 5 (خمسة) et 8 (ثمان) inter se confundens, annum 128 legit, quare nummun Chalifae Merwano II. tribuit. Fortassis jam Heschami successorem Walidum II. adinet, qui anno 125 imperium nactus est.

3. Walid II., vel Jezid II. vel Ibrahim,

qui tres Chalifae sibi succedentes duorum annorum spatium non plane compleverunt. Ergo quo illorum regnante sequens nummus cusus sit, statuere non possum.

№ 4. (3). Wāsīt anno 126 (744), plane ut praecedens (Fr. Rec. ib. **№ 71**). In hoc quoque nummo definiendo Bohlen a vero aberrans, annum 127 indicat, quum 126 numerus distinctissimus sit.

Classis Secunda.

Nummi Chalifarum Abbâsidarum.

1. Abul-Abbâs as-Saffâh

132—136 H. (749—754 Chr.)

№ 5. (5). **Basra** (بالبصرة) anno 135 (752—3).

Ar. I. sicut № 1.

Ar. II. محمد *Mohammed*
رسول *legatus*
الله *Dei.*

Quomodo Bohlen Kufae urbis nomen loco Basrae legere et hunc nummum quasi proxime subsequentis aliud exemplar definire potuerit, non video. In margine I. vox ثلاثين satis detrita est, sed ea, quae adhuc restant, dubio locum non cedunt. Ceterum Basra urbs adhuc nostris diebus florens anno 14 H. (635 Chr.) Omari chalifae jussu condita est.

№ 6. (6). **Kufa** (بالكوفة) anno 135, sicut praecedens. (Fr. Rec. p. 18. № 5). Kufa urbs nunc deleta a Saad ibn Wakkâs anno 17 H. (638 Chr.) ad Euphratis brachium, quod nomine نهر عيسى *flumen Jesu*, gaudet, condita est. Prope pagum sacrum Medsched Alii hodie ejus vestigia cernuntur.

№ 7. (7). **Basra** anno 136 (753—4), sicut proxime praecedentes. (Fr. Rec. p. 19. № 7). Fortasse jam ad chalifam sequentem pertinet.

2. **Abu-Dschâfar al-Mansûr**

136—158 H. (754—775 Chr.)

№ 8. (8). **Basra** anno 137 (754), sicut № 5; nummus valde circumciscus.

№ 9. (9). **Basra** anno 142 (759) ut № 5. Hunc quoque nummum Bohlen Kufa urbē cusum esse indicat.

№ 10. (10). **Kufa** anno 143 (760). Sub voce الله (Ar. II. lin. 3) tria puncta ∴ conspiciuntur; ceterum ut № 5. Bohlen, etsi voces numerales clarissime sunt excusae, annum legit 146. (Fr. Rec. p. 21. № 19).

№ 11. (11). **Rai** (بالري) anno 147 (764), nummus rarissimus et notabilis (Fr. Rec. p. 24. № 34). Ar. II., omisso symbolo ad № 5. notato, sic se habet:

مما امر به ا	(Nummus est) ex iis, quos (cudi) jussit
لمهدى محمد	<i>Al-Mehdi Mohammed</i>
بن امير المؤمنين	<i>filius Emiri Fidelium.</i>

Cum Al-Mehdi hoc ipso anno 147 ab Al-Mansuro patre successor regni designatus esset, nummus noster in primis est, quos ille cudi jusserat. Rai urbs, veterum Rhages seu Rhagae, ejus vestigia prope Teheran urbem adhuc conspiciuntur, ab ipso Al-Mehdio restituta et exornata in nummis posterioribus plerumque Mohammediae*) nomine celebratur; jamjam Dirhemus anno sequente 148 cusus Mohammediae fert nomen; cf. Hallenberg collectio nummor. Cufic. Stockholm 1800. p. 11. № 6.

№ 12. (12). **Bagdad** (بمدينة السلام, *in urbe Salutis*) anno 152 (769). Nummus admodum tritus et perforatus; vox

*) Jakut Moschtarik ed Wüstenfeld p. 387:

الحمديّة حلّة كبيرة بالري دون السور كان المهدي محمد
بن المنصور ابي جعفر عمرها في حياة ابيه وسماها
باسمه *

اثنين aegre legitur, sed **اثنين** plane perspicua est; nihilominus Bohlen annum 153 adnotat. In Ar. II. inferne **ببخ**, euge! legitur. Ceterum ut **№ 5**. (Fr. Rec. p. 26. **№ 45**).

№ 13. (13). **Bagdad** anno 154 (771). Ar. II. infra bis **ببخ**, euge, euge. Ceterum ut **№ 5**. (Fr. Rec. p. 28. **№ 53**).

№ 14. 15. (14. 48). **Bagdad** anno 156 (773), sicut praecedens. **№ 14** valde tritus et typo iterato cusus est, ut verba bis impressa esse videantur; **№ 15** (48) magis perspicuus est; nihilominus Bohlen annum 186 (**ثمانين** pro **خمسین**) expromsit, quare Haruno ar-Reschid chalifae eum tribuit.

№ 16. (15). **Bagdad** anno 157 (774). In area II. supra vocem **محمد** punctum conspicitur, infra symbolum bis **ببخ**, ut in **№ 13**. monuimus. Ceterum ut **№ 5**. (Fr. Rec. p. 30. **№ 63**).

№ 17. (16). **Bagdad** anno 158 (775), ceterum plane ut **№ 13**. (Fr. Rec. p. 31. **№ 65**).

3. Mohammed Al-Mehdi

158—169 H. (775—785 Chr.)

Hic Chalifa primus, quantum scio, nummos suo nomine exornat. Cf. quoque nummum supra (**№ 11**) descriptum, quem Al-Mansuri patris auctoritate cudit.

№ 18. (26). **Bagdad** anno 160 (777). Ar. I. ut **№ 5**.

Ar. II. محمد رسول	<i>Mohammed (est) legatus</i>
الله صلى الله	<i>Dei. Benedicat Deus</i>
عليه وسلم	<i>ei et salutem praestet.</i>
الخليفة المهدي	<i>Chalifa at-Mehdi.</i>

Inferne crassum conspicitur punctum. (Fr. Rec. p. 32. **№ 70**). Nummus paullulum detritus et inflexus est, sed nec locus nec

annus dubius, quare non video, quomodo Bohlen eum definire potuerit: Mohammedia anno 166.

№ 19. (17). **Bagdad** anno 161 (778), sicut nummus praecedens, nec puncto excepto, sed meliore statu gaudens. (Fr. Rec. p. 33. № 76).

№ 20. 21. (19. 20). **Bagdad** anno 162 (779), nummi duo elegantissimi, et proxime praecedentibus plane similes. (Fr. Rec. p. 34. № 81).

№ 22. (29). **Dschai** (بمدينة جي) eodem anno 162, nummus notatu dignus, ad speciem nummi № 18 exaratus, nisi quod in Ar. II. inferne signum conspicitur, quod aut يجي *Jachja*, aut جي, in (urbe) *Dschai*, legi potest; scriptura caractere altius tracto insignis est. (Fr. Rec. p. 34. № 82). Quod urbem attinet, Dschai est nomen antiquum aut urbis Ispahan aut ejus partis cujusdam. Cf. Jakuti Moscht. p. 117. 118.

№ 23. (21). **Bagdad** anno 163 (780). Sicut № 18, sed et in Ar. I. inter voces وحدة, et شريك punctum tenue monstrat.

№ 24. 25. (22. 44). **Bagdad** eodem anno 163. Utrun- que exemplar a praecedente nummo discedit eo, quod in nostris in Ar. II. superne unum, inferne tria puncta conspicuntur. Ill. a Fraehn (Rec. p. 1* № 85) inferne non nisi duo puncta conspexit. Exemplar alterum № 25 (44.), cum effoderetur, aerugine valde tectum erat, sed ipsa nomina Chalifae et urbis, nec non in margine verba ثلث وستين, *sexaginta et tres*, satis perspicua erant. Bohlen vero negligenter inspiciens illud inter Haruni nummos ad annum 186 collocat.

№ 26. (24). **Bagdad** anno 164 (780–81). Sicut № 18. (Fr. Rec. p. 1* № 87).

№ 27. (25). **Bagdad** anno 165 (781–82). In Ar. II. loco puncti in № 18 hic cernimus vocem بخ euge! Nummus elegantissimus (Fr. Rec. p. 2* № 90).

№ 28. (27). **Rakka** (بقر الصلالم *in castello Salutis*)
anno 167 (783—4). Rarissimus et notabilissimus nummus, ce-
terum ad speciem praecedentis cusus (Fr. Rec. p. 4* № 104).
Kasr es-salâm, *arx Salutis*, erat arx urbis Raccæ ad Eu-
phratem sitae, quam Harun - ar - Reschid munivit (cf. Ja-
kut Moscht. p. 251: وقصر السلام من ابنية الرشيد بالرة)

№ 29. (28). **Mohammedia** (بالحمديّة) anno 167.
Nummus, ut videtur, rarissimus et satis notabilis, quippe qui in
Fraehnii Recensione desideratur; reperio quidem p. 4* № 103.
nummum cusum Mohammediae anno 167, sed ad speciem
nummi № 27. ornatum, a nostro igitur diversum. Ar. I. ut
№ 5. Sed Ar. II., omisso Abbasidarum symbolo, haec praebet:

الخليفة المهدي	<i>Chalifa Al Mehdî.</i>
ما امر به	<i>Ex iis, quos (eudi) jussit</i>
موسى ولى	<i>Musa, adjutor</i>
عهد المسلمين	<i>foederis Muslemorum.</i>

Musa Al-Hâdi, Al-Mehdii chalifae filius et successor, patris
auctoritate hunc nummum cudit; formula adjutor foederis
Muslimorum successorem designatum indicat. De Moham-
media urbe cf. № 11.

№ 30. (30). **Adserbaidschân** (بازربيجان) anno 169
(785—6). Hic quoque nummus rarissimus est et apud Fraeh-
nium desideratus. Ar. II. superne و littera copulans utramque
symboli partem (Ar. I. *non est deus nisi Deus etc.* Ar. II.
et *Mohammed est legatus Dei etc.*). Inferne lego nomen
نصر *Nasr*, vel potius نضير *Nodhair* idem quod Fraehn
ad nummum p. 6* № 112, Basrae anno 168 cusum, adnotat.
Ceterum nummi habitus est ut № 18. Adserbaidschân no-
men denique urbem Ardebil spectat.

4. **Musa Al-Hâdi**

169—170 H. (785—86 Chr.)

Ex hujus chalifae, qui unum tantum per annum chalifarum sedem obtinuit, nummis ubique rarissimis ne unus quidem in Museum nostrum migravit, nisi huc velis vocare nummum supra № 29. descriptum Al-Mehdio adhuc regnante eusum. Eo autem crebriores sunt Al-Hâdii fratris et successoris nummi.

5. **Harun Ar-Reschîd**

170—193 H. (786—809 Chr.)

№ 31. (31). **Mohammedia** anno 170 (786), nummus rarus et notabilis, teste Fraehnio.

Ar. II.	مبا	Moba-
	محمد رسول	Mohammed (est) legatus
	الله صلى الله	Dei. Benedicat Deus
	عليه وسلم	ei et salutem praestet.
	الخليفة الرشيد	Chalifa Ar-Reschid.
	ك	rak.

Linea prima cum ultima est conjungenda, ut legas مبارك, *mobâarak*, i. e. *faustus, benedictus*. (Fr. Rec. p. 9* № 126).

№ 32. (32). **Mohammedia** anno 171 (787), praecedenti plane aequalis et ipse rarus et notabilis. (Fr. Rec. p. 10* № 129).

№ 33. (23). **Bagdad** anno 174 (790), nummus pessime excusus, characteribus iteratis et deformibus. Vocem سنة fere ليلة legeris, et numeralia hanc praebent speciem mirabilem: أربعم وسبعين ومية. A margine II. abest vox كرة. Ar. II. inferne praebet signum fere hoc د. Ceterum notatu dignum videtur, Harunum in hoc nummo cudendo jam ad simplicem formam, quam supra sub № 5. descripsimus, rediisse, ita ut et formula benedictionis صلى الله عليه وسلم et nomen chalifae ab omnibus nummis dehinc ab eo cusis absit.

Corrupta vocis **سبعين** (pro **سبعين**) scriptura seductus Bohlen nummi annum 164 vel 169 definivit, et Al-Mehdii nummis eum adnumeravit.

№ 34. (51). Beda'a (بيدعة) anno 175 (791). Nummum hunc rarissimum et notabilem Bohlen definivit: Mohammedia 188. Falsum esse et locum et annum, jam ante complures annos, quum primo hunc nummum inspexi, persuasum me habui. Anni numerus extra dubium versatur. De urbe diutius dubitavi, quia urbem Bedaa neque ipse cognovi, neque in libris, qui in promptu erant, (Fraehnii Recensionem aegre desideravi) memoratam inveni. Sed id, quod imprimis in hoc nummo notandum erat, Bohlen plane neglexerat; margo enim areae II. loco versiculi Coranici ad **№ 1.** notati continet nomen Veziri, quo auctore nummus cusus est; sed maximam partem trita et deleta est inscriptio, ut expedire eam non possem. Utrumque impedimentum III. a Fraehn litteris ad me datis benignissimis (d. $\frac{5}{17}$. Jan. 1844) levavit, quibus et nomen urbis et marginis inscriptionem mecum communicavit. Ergo marginem nunc sic legere me jubet: **مما امر به حلب بن المطا امر بالحق والوفا علا البر والتقوى بركة من الله**. *Ex iis, quos (cudi) jussit Halib ibn Al-Matâ; jussit justitiam et fidem (observari) praeter pietatem et religionem. Benedictio (venit) a Deo.* Scriptio **علا** pro **على** in nummis cuficis nunquam occurrit. Nummum nostrum laudatum invenis in Fr. Rec. p. 11*** **№ 4, a.** sed de margine legendo et explicando Vir Clarissimus tunc temporis adhuc dubitavit. In infima area II. signum quoddam conspicitur, quod Fraehn **حلب Halib** legit, in nostro fere evanidum. Ceterum Beda'a (**بيدعة**) urbs est Africae propriae.

№ 35. (18). Afrikia (بافريقية) anno 175, idem nummus notabilis, quem Fraehn Rec. p. 15* **№ 151** recensuit. Area I. et margines normam nummi **№ 5.** sequuntur. Area II. sic se habet:

بخ بخ	<i>Euge, euge!</i>
محمد رسول	<i>Mohammed (est) legatus</i>
الله نبي	<i>Dei, propheta</i>
رحمة	<i>clementiae.</i>
نصر	<i>Nasr.</i>

Africae nomen ad Kairowan (قيروان) urbem spectat, Africae propriae sic dictae caput. Numerus denariorum dubius est et paullulum tritus, ut *ستين* et *سبعين* legere eum possis. Sed Fraehnio auctore, quem de hoc quoque nummo consului, non nisi *سبعين* *septuaginta*, legendus est, quia Nasr ben Habib annis 174—177 Africae provinciae praeerat. De verbis dubiis *نبي رحمة*, quas jam saepius attigit enucleator ille sagacissimus, in litteris supra commemoratis sic disserit: Die beiden fraglichen Worte der ersten Münze glaubte ich übertragen zu müssen *نبي رحمة*, nahm jedoch Anstoss daran, weil mir die Sprache vor *رحمة* nothwendig den Artikel zu erfordern schien, wenn es heissen sollte: Der Prophet der göttlichen Gnade, und so, mit dem Artikel, kommt denn auch *نبي الرحمة* in Ibn Nobata's Vorrede zu Ibn Seidun's Risaleet vor. Zwar theilte der hiesige arabische Scheich Muhammed Aijad, gegen den ich einmal mein Bedenken hinsichtlich jener Lesung aussprach, dasselbe zu meiner Verwunderung nicht. *نبي رحمة*, meinte er, sei soviel als *نبي النبي الذي جاء بالرحمة* und dies soviel als *صاحب الرحمة*. Die von mir in vorliegendem Falle behauptete Nothwendigkeit des Artikels schien er gar nicht anzuerkennen. Ich aber konnte mich dadurch wenig befriedigt fühlen. Ihre Lesart *وخيله* (obschon sie nicht zulässig) brachte mich auf den Gedanken, dass man vielleicht zu lesen habe *رحمته*, wo dann alle Bedenklichkeit wegfiel: *محمد رسول الله (و) نبي رحمته*. Indessen habe ich, nachdem ich alle die Münzen unsers Asiatischen Museums, auf welchen dieser Zusatz vorkommt, noch

einmal anzusehen mich die Mühe nicht habe verdriessen lassen, gefunden, dass keine derselben die Lesart *رحمته* zulässt; auf allen steht offenbar *رحمة*. Zwar bedeutet *رحم* und *رحم* auch Barmherzigkeit und man könnte also versucht sein zu lesen *نبي زحمة* der Prophet seiner Gnade, aber jene Formen scheinen mir so ungewöhnlich, dass ich mich noch immer nicht habe entschliessen können, eine derselben hier zuzulassen. So bleibe denn dieser fragliche Punct, den ich wiederholt berührt, noch ferner als seiner Lösung gewärtig.“ Bohlen an- num 161 legit, etsi *خمس* aperte pateat; voces autem illas dubias ne procul quidem attigit.

№ 36. 37. 38. (34. 35. 41). **Bagdad** anno 179 (795). Nummus notabilis. (Fr. Rec. p. 18* № 168). Ar. I. et margines ut № 5.

Ar. II.	محمد رسول الله	<i>Mohammed legatus Dei.</i>
	مما امر به الامير الامين	<i>Ex iis, quos (cudi) jussit Emir Al Amin</i>
	محمد بن امير المومنين	<i>Mohammed, filius Emiri Fidelium.</i>
	جعفر	<i>Dscháfar.</i>

Al-Amin, filius Haruni natu maximus, anno 175 successor designatus est. Dscháfar est celeberrimus Barmecida, Haruni Vezirus. Nummi 38 (41) annum Bohlen 184 legit; idem asserit nummum 37 (35) in Ar. II. superne, litteram (cf. № 30.) praebere; utrumque contra speciem.

№ 39. 40. (36. 38). **Mohammedia** anno 180 (796). Nummus rarissimus et notabilissimus, auctore Fraehnio (Rec. p. 20* № 178). Ar. I. et margines ut № 5., nisi quod littera ب vocis ضرب hic puncto diacritico signatus est, quod vero in № 40 (38) valde trito non satis apparet.

Ar. II.	و محمد رسول الله الله مها امر به الامير الامين	<i>Et</i> <i>Mohammed legatus</i> <i>Dei. Ex iis, quos (eudi) jussit</i> <i>Emir Al-Amin</i>
	محمد بن امير المومنين في	<i>Mohammed fil. Emiri Fidelium</i> <i>sub</i>
	ولاية محمد بن يحيى	<i>Praefectura Mohammedis ben</i> <i>Jahja.</i>
	جعفر	<i>Dschá far.</i>

Mohammed ben Jahja Barmecida frater fuit Dscháfari.

№ 41. 42. (37. 47). **Mohammedia** eodem anno 180. Notabilis nummus et elegantissimae scripturae. (Fr. Rec. p. 20* № 177). Inscriptio eadem quae in nummis № 36—38. obvia, nisi quod in margine I. punctum diacriticum sub ب littera vocis ضرب et in Ar. II. superne copula و, conspicitur. Exemplar alterum № 42 (47) bis perforatum Bohlen ad annum 186 remisit et cum № 50 (46) conjunxit, sed contra veritatem.

№ 43. (39) 44. **Mohammedia** anno 181 (797). Notabilis et praecedenti ad pilum congruus. (Fr. Rec. p. 21* № 182).

№ 45. (42). **Balkh** (بمدينه بلخ) anno 184 (800). Rarissimus, et a Fraehnii Recens. alienus.

Ar. II.	محمد رسول الله (مها امر) به الامير ولي	<i>Mohamm. est legatus Dei.</i> <i>Ex iis, quos (eudi) jussit Emir,</i> <i>adjutor</i>
	محمد بن امير المومنين (عهد)	<i>foederis Muslimorum, Al-Amin</i>
	محمد بن امير المومنين	<i>Mohammed filius Emiri Fidelium.</i>
	بغ	<i>Euge!</i>

№ 46. (54). **Balkh** anno 185 (801), nummus notabilis (Fr. Rec. p. 26* № 204). Ar. II. satis trita, Ar. I. perspicua, nisi quod verbum سنه detritum est. Nihilominus Bohlen annum 188 legit.

Ar. II.

Et

محمد رسول الله *Mohammed legatus Dei.*
 مما امر به الامير المامون *Ex iis, quos (cudi) jussit Emir*
Al-Mamun
 عبد الله بن امير المؤمنين ولى *Abdollah, fil. Emiri Fidelium,*
adjutor
 ولى عهد المسلمين *adjutoris foederis Muslimorum.*
 بخ *Euge!*

Al-Amin, a patre haeres regni designatus, titulo *ولى عهد المسلمين* gaudet (cf. № 29. de Musa Al-Hadi), Al-Mamun vero successor Al-Amini fratris designatus, patre adhuc regnante sese cognominat *ولى عهد المسلمين*, quasi successoris.

№ 47. 48. (43. 45). **Balkh** anno 186 (802), praecedenti plane congruus, sed exemplar alterum № 47 (43) melius servatum. (Fr. Rec. p. 28* № 211).

№ 49. 50. (33. 46). **Mohammedia** anno 186 (802); Rarissimus notabilis (Fr. Rec. p. 27* № 208).

Ar. II.

سلم

Salutem!

محمد رسول الله *Mohammed legatus Dei.*
 مما امر به الامير الامين *Ex iis quos (cudi) jussit Emir*
Al-Amin
 محمد بن امير المؤمنين *Mohammed fil. Emiri Fidelium.*
 جعفر *Dscháfar.*

In altero exemplari № 49 (33) Bohlen annum 176 legit. Quod igitur disserit, hunc nummum fortassis primum esse, qui Al-Amino auctore cusus sit, anno juste definito refellitur.

№ 51. (49). **Balkh** anno 187 (803). Notabilis (Fr. Rec. p. 29* № 217), nummo № 46 prorsus congruus.

№ 52. (50). **Bagdad** anno 187 (803), simplicem typum, ut № 5., praebet. (Fr. Rec. p. 28* № 213).

№ 53. (52). **Mohammedia** anno 188 (804) (Fr. Rec. p. 30* № 220). Ar. II. inferne littera , inversa; ceterum ut № 5.

- № 54.** (56). **Bagdad** anno 188, prorsus ut praecedens (Fr. Rec. p. 29* **№ 218**).
- № 55.** (53). **Bagdad** anno 188, nummus distractis et parum elegantibus litteris mutilatisque inscriptionibus excusus. Ar. I. ut **№ 5**. Margo: بسم ضرب هذا الد بمدنة السلام سنة
 محمد | رسول | الله | ببح ببح Ar. II. ثمان وثمانين ومية
 محمد سول الله ارسله بالهدى الحق ليظهر
 على الدين كله ولو كر المشركون
 Typus ab indocta manu sculptus esse videtur.
- № 56.** (55). **Balkh** anno 188, nummo sub **№ 46**. descripto prorsus congruus. (Fr. Rec. p. 31* **№ 225**).
- № 57. 58.** (40. 58). **Bagdad** anno 189 (805). Sicut **№ 53**. In **№ 57** (40) Ar. II. vox رسول, praelo iterato bis legitur diversis lineis. Nummus **№ 58** (58) male servatus, contritus et disruptus est. (Fr. Rec. p. 31* **№ 226**).
- № 59.** (57). **Mohammedia** anno 189. Sicut **№ 53**., non vero idem nummus, id quod Bohlen, numerum falso 188 legens, contendit. (Fr. Rec. ib. **№ 227**).
- № 60. 61.** (59. 61). **Bagdad** anno 190 (806), praecedentibus congruus. (Fr. Rec. in suppl. p. 560 **№ 230**, a.).
- № 62. 63.** (60. 62). **Fodina Schasch** (بعدن الشاش) anno 190; nummus notabilis (Fr. Rec. p. 34* **№ 238**). Inscriptio Ar. II. eadem quae in nummo **№ 46**, exceptis signis superne et inferne positis; nam ubi illic و, hic على *Ali*, ubi illic ببح, hic النصر, *an-Nasr* legitur. Urbs الشاش, *as-Schâsch*, hodie Tâschkend, تاشكند in Transoxania sita, postero tempore urbs capitalis regni Samanidarum fuit, unde ingens hujus dynastiae nummorum numerus egressus est.
- № 64.** **Bagdad** anno 191 (807), fortassis (sed dubito) 195. Ar. II. inferne , littera inversa. Ceterum ut **№ 5**. (Fr. Rec. p. 34* **№ 239**).

№ 65. (63). **Bagdad** anno 191 (807). Nummus maxime dubius. In legendo numero haereo, nam nescio num numerus denarius ستين vel سبعين vel تسعين legendus sit. Bohlen primum numerum احدى in dubium vocavit, sed hic ipse clarissimus, Bohlen vero eum legere noluit, ne impediretur quominus nummum Alfadhlo as-Sahl tribueret. Praeter numerum denarium in Ar. I. omnia extra dubium versantur. Ar. II. sic se habet:

الله Deo!

محمد Mohammed

رسول legatus

الله Dei.

دوالراسس ?

Bohlen legit lineam ultimam ذو الرياستين (cf. № 90. 91. 92. 94. 98). Sed prima littera potius د quam ذ esse videtur et litterae د inter ذ et ا nullum comparet vestigium; praeterea ipsa د littera fere cuficae ن finalis speciem servat. Equidem potius profiteor me hunc nummum definire non posse, quam ut falsa proferam.

№ 66. 67. 68. (64. 65. 67). **Bagdad** anno 192. (808). Nummus frequentissimus, minoris moduli. Ar. II. inferne و litera inversa. (Fr. Rec. p. 1** № 243).

№ 69. (66). **Mohammedia** anno 192., praecedenti congruus.

№ 70. 71. **Bagdad** anno 193 (809), praecedentibus congruus. (Fr. Rec. p. 2** № 248).

№ 72. (69). **Nischapur** (بهدينه نيسابور) anno 193. Nummus rarissimus esse videtur. Ar. I. in margine punctum diacriticum sub ضرب

Ar. II. محمد رسول الله Moh. legatus Dei.

مها امر به عبد الله Ex iis quos (cudi) jussit Dei cultor

هارون امير المومنين Harun, Emirus Fidelium.

حموية Hamujah.

Nummus et hic ipse et aliud ejus exemplar, quod in Secreto Archivio Regio Regimontano servatur, tam perspicui sunt, ut ne littera quidem dubia remaneat. Quomodo igitur Böhlen **هرون بن المومنين** *Harun filius Emiri Fidelium* legere potuerit, qua lectione in difficultates historicas irruit, difficile est intellectu. Hamujah ille quis fuerit nescio.

№ 73. (71). **Samarkand** (بمدينه سمرقند) anno 193. Et hic nummus rarissimus (Fr. Rec. p. 2** **№ 250**). Inscriptiones simplices ut in **№ 5.**, nisi quod in Ar. II. infra nomen ejusdem Hamujae legitur, quo nummus praecedens signatus est. In margine I. vocis بمدينه aut littera ذ aut ڤ deest.

6. Mohammed Al-Amin

193—198 H. (809—813 Chr.)

Nummos **№ 36—45** et **49. 50.**, quos supra descriptos conferre licet, patre regnante et ejusdem ex auctoritate cudit Al-Amin.

№ 74. (72). **Balkh** anno 193 (809). Rarissimus et perelegans. Ar. I. simplex.

Ar. II. لله Deo.

محمد رسول الله *Moh. legatus Dei.*
 مما امر به الامير المامون *Ex iis quos (cudi) jussit Emir Al-mamun,*

ولي عهد المسلمين *Adjutor foederis Muslimorum*
 عبد الله بن امير المومنين *Abdollah filius Emiri Fidelium.*

Anno 193 Harun Ar-Reschid mortuus est. Hunc nummum vero, quamvis chalifae nomine careat, jam Amino regnante cusum esse, demonstrat titulus **ولي عهد المسلمين** quo Mamun hic se ornat, quum Haruno patre adhuc vivente sese appellet. cf. **№ 46.**

№ 75. (78). **Samarkand** anno 193. Nummus rarissimus, eadem, qua praecedens, inscriptione gaudens, sed in

Areae II. linea tertia sub voce الامير puncto auctus. Bohlen in hoc nummo describendo duplex vitium commisit, quum et annum vitiose 194 et in Areae II. lin. 3. الامير pro الامام legeret. Utrumque ad Fraehnii nummum (Rec. p. 6** № 264), cujus descriptionem accuratius quam nostrum nummum adspexisse ille videtur, neutrum ad nostrum pertinet.

№ 76. (73). **Bagdad** anno 193. Ar. II. supra symbolum (№ 5.) legitur ربي الله, *Dominus meus Deus est*, quae phrasis in plurimis Al-Amini nummis occurrit (Fraehn Rec. p. 3** № 254).

№ 77. 78. (74. 76). **Balkh** anno 194 (810), nummus notabilis cum № 74 congruus (Fr. Rec. p. 5** № 260).

№ 79. (75). **Nischapur** anno 194. Ar. II. sub inscriptione, quam in № 74. recensuimus, conspicitur nomen حبريل, *Gabriel* sc. ibn Abdollah, praefectus provinciae Herat. Nummus rarissimus. Bohlen nomen urbis vitiose Balkh definitiv.

№ 80. 81. (77. 79). **Bagdad** anno 194. Nummus notabilis, ad normam № 76. cusus. (Fr. Rec. p. 4** № 256).

№ 82. 83. (87. 88). **Bagdad** anno 195 (811). Nummus notabilis. Ar. I. simplex. Ar. II. vero sic:

ربي الله	<i>Dominus meus Deus.</i>
محمد رسول الله	<i>Mohammed legatus Dei.</i>
ما امر به عبد الله الامين	<i>Ex iis, quos (cudi) jussit Dei cultor Al-Amin</i>
محمد امير المؤمنين	<i>Mohammed Emirus Fidelium.</i>
العباس	<i>Al-Abbās.</i>

Al-Abbas ibn al-Fadhl fuit Vezirus Al-Amini chalifae. Bohlen ait: „Amin stellt sich hier als Vasallen seines Bruders dar.“ Quod unde prodeat, non video. Fortasse Bohlen adhuc putabat, formulam illam tritam ما امر به etc. nunquam ab ipso Chalifa usurpatam esse. Sed supra № 72. etiam Harunum ea uti vidimus. (Fr. Rec. p. 6** № 265).

№ 84. (86). **Bagdad** anno 198 (813—14). Nummus rarissimus et praeclarissimus, pulcherrime excusus et servatus, ejus Ar. II. sic se habet:

ربي الله *Dominus meus Deus est.*

محمد *Mohammed*

رسول *legatus*

الله *Dei.*

الامين *Al-Amin.*

Infimo loco tria puncta horizontalia (...). Mirandum est neque in ullo nummo hucusque observatum, Al-Aminum quovis titulo honorifico in hoc nummo carere.

7. **Abdollah Al-Mamun**

195—219 H. (810—834 Chr.)

Etsi Al-Amin anno demum 198 obiit, tamen, injustum remisumque ejus regimen et impiam paternarum institutionum neglectiorem perhorrescentes, orientales provinciae, Merwae urbis exemplum sequentes, jam anno 195 Al-Mamunum Chalifam proclamaverunt. Quare factum est, ut jam inde ab anno 195 nummos Balkhae, Nischapurae, Heratae, Ispahanae et aliis in urbibus cunctos habeamus, quos Almamun suo jure fratrisque Bagdadae commorantis dignitate neglecta edidit. Mamuni nummorum nota est vox لله *Deo*, in suprema area II. loco formulae ربي الله, *Dominus meus Deus*, quae in Amini nummis occurrit. Ceterum Haruni patris auctoritate Al-Mamun nummos supra laudatos № 46. 47. 48. 51. 56. 62. 63, et Amini fratris auctoritate № 74. 75. 77. 78. 79. cudi jussit, quos conferre licet.

№ 85. (85). **Balkh** anno 195. (810—11). Nummus rarissimus et notabilissimus. Ar. I. solito habitu. Ar. II. sic:

الله	Deo!
محمد رسول	Mohammed legatus
الله مما امر به	Dei. Ex iis, quos (cudi) jussit
الامام اليامون	Imam Al-Mamun.
الفضل	Al-Fadhl.

Vides igitur, Al-Mamunum non successorem seu regni haeridem, sed Imamum, i. e. quasi Pontificem Maximum se proclamare, fratrisque auctoritatem renegare. Cujus nomen infimo loco legis, Al-Fadhl ben Sahl idem est, qui paulo post epitheto **ذو الرباستين** (*Possessor utriusque principatus*) gaudet. Ceterum notandum est, litteram **ف** nominis **الفضل** puncto diacritico superne distinctam esse. Bohlen, constante fere errore seductus, nummi annum 198 indicat; sed 195 numerus certus est et dubio carens.

№ 86. (80). **Ispahân** (بمدينة اصبهان) anno 196 (811—12). Nummus notabilis et elegans, characteribus minoribus cusus. In margine Ar. I. utraque littera **ب** vocum **ضرب** et **اصبهان** punctis diacriticis distincta est. Ar. II. sonat:

الله	Deo.
محمد	Mohammed
رسول	legatus
الله	Dei.
هرثمة	Hartsemah.

Hartsemah ibn Aʿjan ipso anno 196, Ispahana urbe ab Al-Mamuno expugnata, praefectus ibidem constitutus est. Fr. Rec. p. 9**. № 276. In marg. II. **ارسله** pro **سله**.

№ 87. (81). **Ispahan** anno 197 (812—13). Prorsus ut praecedens, nec exceptis punctis duobus diacriticis. Fraehn (Rec. p. 10**. № 282.) notat et litteram **ث** nominis **هرثمة** puncto diacritico auctam esse, id quod confirmare non possum, quia exemplum nostrum in Ar. II. satis detritum est.

№ 88. 89. (84. 89). **Ispahan** anno 198 (813). Sicut proxime praecedentes, sed nomen Hartsemah sine puncto diacritico. Praeterea autem infra nomen illud signum quoddam conspicitur fere litteris **ر** simile. Nummus rarissimus et qui a Fraehnii recensione abest.

№ 90. 91. (82. 83). **Ispahan** anno 199 (814). Nummus notabilis. Ar. I. sine punctis diacriticis (cf. № 86—89). Ar. II. supra **لله**, *Deo*, infra **ذو الرباستين** *Possessor utriusque principatus* i. e. Al-Fadhli ben Sahl (cf. № 85). Fr. Rec. p. 11** № 289. Bohlen hunc nummum ad annum 198 refert.

№ 92. (90). **Ispahan** eodem anno 199 et praecedenti ad pilum similis nisi quod in infima area II. signum litterae **ء** simile conspicitur. Exemplar rarum.

№ 93. (91). **Rakka** (بالرقة) anno 199. Nummus rarissimus, qui a Fraehnii Recens. abest, elegantibus characteribus confectus, cum puncto diacritico sub littera **ب** vocis **ضرب**. Ar. II. sic:

لله طاهر	<i>Deo! Táhir.</i>
محمد	<i>Mohammed</i>
رسول	<i>legatus</i>
الله	<i>Dei.</i>
عمر بن يحيى	<i>Amru ben Jahja.</i>

Tahir anno 198 a Mamuno Mesopotamiae et Syriae praefectus est. Amru ben Jahja praefectus urbis vel arcis Racca fuisse videtur.

№ 94. (92). **Mohammedia** anno 200 (815—16). (سنة مايتين). Rarissimus, sed paululum contritus et incurvatus. Inscriptio Areae II. cum № 90. 91. congruit.

№ 95. (93). **Kufa** anno 202. (817—18). Nummus notabilis alibi non obvius. Inscriptio simplex ut № 5, nisi quod Ar. II. supra **أ**, infra **م**.

№ 96. (94). **Kufa** anno 203 (818—19), et hic, quantum scio, nusquam notatus; nummus est minoris solito moduli, in-
scriptione simplice ad modum **№ 5**. instructus. Ar. II. inferne
signum ۛ.

№ 97. (95). **Bagdad** anno 204. (819—20). Nummus ra-
mus. (Fr. Rec. p. 13** **№ 297**.) Area I. duplicem marginis in-
scriptionem praebet, quae, rarissima quidem in nummis Al-Ma-
muni, post hujus chalifae tempora in omnibus apparet num-
mis chalifarum et Emirorum Samanidarum. Atque inscriptio al-
tera et haec exterior secundum versiculos Sur. 30, 3. 4. haec est:

لله الامر من قبل ومن بعد ويومئذ يفرح المؤمنون
بِنَصْرِ اللَّهِ

*Deo est imperium temporibus praeteritis et futuris; tum
vero laetabuntur fideles auxilio Dei.*

Ceterum inscriptiones nummi simplices sunt ut **№ 5**; in Ar. II.
supra لله.

№ 98. (96). **Samarkand** (بسمركند) anno 204. Nota-
bilis (Fr. Rec. p. 12** **№ 294**) Ar. I. infra المشرف, *In-*
pector, Ar. II. infra ذوالريا (ستين), *Possessor utriusque*
principatus; supra لله. Utriusque areae inscriptiones inferne
positae conjungendae sunt, ut sensus sit: Inspector (sc. num-
morum cudendorum) est Possessor utriusque principa-
tus i. e. Al-Fadhl ben Sahl. (cf. Fraehn Novae Symb.
p. 32. **№ 4**. Rec. p. 12** **№ 290**, et Suppl. p. 561. **№ 289**).

№ 99. (97). **Mohammedia** anno 206 (821). Nummus
rarissimus et alibi non obviis, exemplar pulcherrimum.

Ar. I.	اشحق	<i>Ishak</i>
	لا اله الا	<i>Non est deus nisi</i>
	الله وحده	<i>Deus, unicus est,</i>
	لا شريك له	<i>Non est socius ei.</i>
	بن يحيى	<i>filius Jahjae.</i>

Ar. II.	ذو محمد رسول الله اليميني	Possessor- Mohammed legatus Dei. — utriusque dexteræ.
---------	---------------------------	-------------------------------------------------------------------

Nomina et epitheta in utraque area jungenda sunt, ut Ar. I. Ishak filius Jahjae (quis sit nescio) Ar. II. Possessor utriusque dexteræ, s. Ambidexter, cognomen Tahiri ben Mohammed, legati Al-Mamuni, cujus nomen in nummo № 93. jam vidimus.

Hoc anno continua nummorum series interrumpitur, ut ex longo temporis spatio inde ab anno 206 usque ad 300 non nisi duodecim nummi ipsorum Chalifarum auctoritate cusi in promptu sint, atque hi plerumque rarissimi. Omnes autem, qui sequuntur, nummi chalifarum et Samanidarum duplici in area I. margine cincti sunt ad speciem № 97. Notandum denique est, nummos sequentes, quantum magnitudine crescant, tantum elegantia decrescere, usque ad seriores Samanidarum nummos, quorum inscriptiones vix enucleandæ sunt.

S. Al-Motawakkil al'-allah

232—247 H. (847—861 Ch.)

№ 100. Aureus. **Misr** anno 235 (849—50). Ar. I. ut № 1.

Margo interior: بسم الله ضرب هذا الدينر بمصر سنة ثلثين ومائتين
Nomine Dei cusus est hic Dinar in Aegypto anno ducesimo trigesimo quinto. Margo exterior ut in № 97. Ar. II. الله | رسول | محمد | محمد | رسول | الله | المتوكل. *Deo! | Mohammed | legatus | Dei. | Al-Motawakkil al'-allah*. Margo ut № 1. Nummus rarissimus, fortassis unicus. Ceterum Aegypti (مصر *Misr*) nomen ad urbem Fostat spectat, prope hodiernam Kahira sitam.

№ 101. **Merw** (مرو) anno 245 (859). Nummus rarissimus. Ar. I. infra المعتز بالله, *Al-Mo'tiz billah*. Ar. II. supra الله, infra المتوكل على الله, *Al-Motawakkil al-*

allah. Al-Mo'tiz billah secundus chalifae filius fuit. Merw urbs est Merw-Schâhdschân, una ex primariis provinciis Chorasani, distincta a Merw ar-rûd, alia Chorasanae urbe. Ceterum nummus cusus est auctoritate Tahiri II Chorasanae praefecti. (cf. Fr. Rec. p. 17*** № 6. 7. 8. annis 242. 243. 246. Merwae et Mohammediae cusos).

9. Al-Mosta'in billah

248—251 H. (861—865 Chr.).

№ 102. **Arminia** (بأرمينية) anno 250 (864). Ar. I. infra: أمير لمومنين | العباس بن | *Al-Abbas filius | Emiri Fidelium*. Ar. II. supra لله, *Deo*, infra المستعين بالله *Al-Mosta'in billah*. Al-Mosta'in Motawakkili frater natus minor fuit; ejus filius Al-Abbas apparet quoque in nummo aureo, quem Fraehn Rec. p. 17** № 311 anni 249 recensuit. Arminia urbs Debil est (cf. Fr. Rec. p. 21 № 21). Nummus rarus et quantum scio ineditus.

10. Al-Mo'tamid al-allah

256—279 H. (870—892 Chr.).

№ 103. (99). **Arminia** anno 277 (vel 279) (890). Nummus rarus et notabilis. Ar. I. infra الموفق بالله *Al-Muaffik billah*, Ar. II. supra لله, infra المعتد على الله *Al-Mo'tamid al-allah*. Al-Muaffik Al-Mo'tamidi frater et imperii consors anno 278 mortuus est, ergo annus nummi potius 277 quam 279, id quod vix distingui potest, legendus esse videtur. Bohlen nomina et Chalifae et urbis vitiose indicat, illius المعتضد بالله *Al-Mo'tadhid billah*, hujus Sermenrai. Sed utrumque nomen extra dubium est.

№ 104. (100). **Schâsch** (بالشاش) anno 279 (892). Nummus rarissimus, cusus Mo'tamido et Mo'tadhido simul Chalifatum tenentibus, id quod non nisi per unius anni spatium factum est. Ar. I. infra المعتضد بالله, *Al-Mo'tadhid billah*. Ar. II. supra

الله, infra المعتضد على الله *Al-Mo'tamid al'allah*. Bohlen in utraque area المعتضد بالله legit, quod in Area II. *confidens in Deum* vertit. At المعتضد على الله distincte legitur. In Area II. subter voce رسول punctum apparet. **№ 105.** (101). **Samarkand** anno 279. Nummus itidem rarissimus et praecedenti prorsus congruus, cum ipso puncto subter رسول, et utriusque Chalifae nominibus. Unum, quo discrepat, est littera س in infimo Areae II. loco.

11. Al-Mo'tadhid billah (vel, si mavis Al-Mo'taszid, ut alii transcribunt).

279—289 H. (892—902 Chr.)

№ 106. (103). **Bagdad** anno 280 (893), nummus rarus et ineditus. Ar. I. simplex ad normam **№ 97.** Ar. II. supra لله, *Deo!* infra nomen Chalifae paullum detritum, sed adhuc distinguendum المعتضد بالله, *Al-Mo'tadhid billah*. Bohlen urbis nomen legere non potuit, quod mirum videtur.

№ 107. (102). **Schasch** anno 280 (893). Rarissimus, praecedenti plane similis, cum puncto sub voce رسول.

№ 108. (104). **Nischapur** anno 282. Rarissimus et quod sciam alibi non obuius. Ar. I. sub symbolo solito duabus lineis distributum legis nomen ابو حفص عمرو | بن الليث *Abu Hafs Amru | ben Al-Laits*. Ar. II. ut praecedentes cum puncto sub رسول. Amru ben Al-Laits Emirus e familia Sofaridarum fuit secundus. Ejusdem anni et Emiri nummum, sed Schiraz urbe cusum recensuit Fraehn (Rec. p. 35. **№ 1**).

№ 109. (113). **Arminia** anno 286 (899). Nummus ineditus, rarissimus, quoad habitum **№ 106. 107.** aequalis, cum eodem puncto sub رسول. Sed infimo loco Ar. II. signum و.

№ 110. (119). **Arminia** anno 287 (900). Nummus praecedenti plane congruus nec puncto illo nec و signo exceptis. Nomen urbis paullulum detritum quidem, ita ut Bohlen id non legerit, nihilominus tamen haud dubium.

12. Al-Moktefi billah

289—295 H. (902—908 Chr.)

Hujus Chalifae nomine distincte exarato signatus est nummus, cujus aera ad illum non spectat.

№ 111. (98). **Bagdad** anno 299 (?) (911—12) بمدينه بدمشق. Quidquid legamus aut **السلم سنة تسع وتسعين ومائين**, nulla combinatio ad Moktefi aetatem spectat. Etsi numeralia **تسع** et **سبع** in omnibus hujus aetatis nummis difficilia sint distinctu, ego tamen in nostro potius **تسع وتسعين** cognoscam, quum utroque loco prima lineola paullo longior et crassior esse videtur sequentibus tribus. Bohlen legit annum 279, qua de re cum eo non disputo; sed nomen Chalifae, quod profert, **المعتضد بالله** *Al-Mo'tahid billah*, extra omne dubium vitiosum est. Ceterum sub voce **رسول** punctum occurrit, et infimo loco sub chalifae nomine signum, quasi **ل** vel **ر** littera, conspicuum.

Demum notandum est, Bohlenium nummos a me sub numeris 103. 104. 105. 106. 107. 109. 110. 111. descriptos inter Samanidarum nummos rejecisse. De numinis № 104. 105. 107, etsi Emiri Samanidae nomine destituti sunt, non disputem. Sed de ceteris patere videtur, Samanidas in Transoxania et Chorasana regentes Bagdadae et Debilae (in Armenia) nummos eudere non potuisse. Ergo illi nummi ipsis Chalifis adjudicandi sunt.

Classis Tertia.

Nummi Emirorum Samanidarum.

1. Ismail ben Ahmed

279 – 295 H. (892–907 Chr.)

Cf. Nummos № 104, 105, 107 supra descriptos, de quibus modo disputavimus.

№ 112. (105). **Schasch** anno 282 (895). بالشاش سنة).
Ar. I. simplex sicut № 97. (اثنين وثمانين وماتين).

Ar. II. لله *Deo.*

محمد *Mohammed*

رسول *legatus*

الله *Dei.*

البعثض بالله *Al-Mo'tadhid billah.*

اسماعيل *Ismail.*

Sub voce رسول punctum apparet.

№ 113. (106). **Schasch** anno 282, eodem, quo praecedens, loco et anno eademque inscriptione, sed diverso caractere cusus.

Unum, quo litteris discrepat, est in margine areae I. vox

ومايتين, quae in praecedente nummo مايتين legitur. Ergo hic nummus congruit cum eo, quem Fraehn laudavit Rec. p. 40.

№ 7. Simile discrimen scripturae saepius in nummis Samandarum occurrit.

№ 114. 115. (108. 109). **Schasch** anno 283 (896).
(ثلت وثمانين ومايتين) Ar. I. ut praecedens.

Ar. II.	لله	Deo.
	محمد	Mohammed
	رسول الله	legatus Dei.
	المعتضد بالله	Al-Motadhid billah.
	اسماعيل بن احمد	Ismaïl ben Ahmed.

Eundem nummum eandemque nominis Ismail, quasi esset Ismaili, et vocis مايتين scripturam laudavit Fraehn Rec. p. 41.
№ 10. a.

№ 116. (107). **Samarkand** anno 283. Ejusdem faciei nummus ac praecedens; numerus centenarius exstinctus; Ismail legitur ut in praecedenti. (Fr. Rec. ib. № 12).

№ 117. (110). **Schasch** anno 284 (897). (اربع وثمانين ومايتين). Ismaili nomen hic melius scriptum est اسماعيل. Ceterum ut № 114. Fr. Rec. ib. № 14.

№ 118. (111). **Schasch** anno 285 (898). Praeter numerum خمس omnia ut in praecedenti ((Fr. Rec. p. 42 № 16).

№ 119. (112). **Samarkand** anno 285. Praeter urbis nomen omnia ut supra. (Fr. Rec. ib. № 17).

№ 120. (114). **Schasch** anno 286 (899). ست وثمانين ومايتين. Ceterum ut praecedentes. (Fr. Rec. ib. № 18).

№ 121. (116). **Schasch** anno 286. Idem nummus, sed مايتين pro مايتين. (Fr. Rec. ib. № 18. a.).

№ 122. (115). **Samarkand** anno 286. Sicut in praec. مايتين legitur. (Fr. Rec. ib. № 19).

№ 123. (117). **Schasch** anno 287 (900). سبع وثمانين ومايتين. Ceterum ut praecedens. (Fr. Rec. p. 43 № 20).

№ 124. (118). **Samarkand** anno 287. Annus est
سبع وثمانين, cetera exstincta. Praecedentibus congruus. (Fr.
Rec. ib. № 21).

№ 125. (120). **Schasch** anno 288 (901). ثمان وثمانين
ومايتين. Ceterum ut praecedentes. (Fr. Rec. ib. № 22).

№ 126. (121). **Schasch** anno 289 (902). Numerus cen-
tenarius et margo externus non tam distincte apparent, ut dis-
cernere possim, num cum Fraehnii № 24. an № 24. a. con-
gruat nummus noster. Fraehnii № 24. b. non est, nam nomen
urbis juste scriptum est in nostro.

№ 127. (122). **Samarkand** anno 289. Numerus cente-
narius ماتين. Ceterum ut praec. Fr. Rec. p. 44. № 25.

№ 128. (123). **Schasch** anno 290 (903). Margo Ar. I.
تسعين وماتين. Cetera ut in praec.

Ar. II.

لله

Deo.

محمد

Mohammed

رسول الله

legatus Dei.

المكتفي بالله

Al-Moktefi billah.

اسماعيل بن احمد

Ismail ben Ahmed.

Al-Mo'tadhid billah jam anno 289 mortuus erat. Bohlen
diversum Chalifae nomen in hoc nummo et in sequentibus us-
que ad ejus № 128 (nostrum № 135) notare oblitus est. (Fr.
Rec. p. 45. № 29. a.) Litera *ى* nominis Moktefi puncto
superne addito distincta est.

№ 129. 130. 131. (124. 125. 126). **Samarkand** anno
291. (904). Margo I. احدى وتسعين وماتين. In Ar. II.
punctum super *ى*, nec non cetera ut in praecedenti. (Fr. Rec.
p. 46. № 34).

№ 132. 133. (127. 134). **Schasch** anno 292 (905).
Margo I. اثنتين وتسعين وماتين. Ar. II. ut № 128, sed
sine puncto super *ى* littera. Fr. Rec. p. 47. № 38. a.

- № 134. (135). **Schasch** eodem anno 292. Margo I. اثنتين وتسعين ومائتين. Cetera ut in praecedenti. Fr. Rec. ib. № 38. Bohlen annum 293 legit.
- № 135. 136. (128. 133). **Balkh** anno 292. Nummus notabilis. Ar. I. superne ornamentum quoddam; infra symbolum: احمد بن محمد بن احمد *Ahmed ben Mohammed ben Ahmed*. Margo: ببلغ سنة اثنتين وتسعين ومائتين. Ar. II. ut praecedens, caractere tenui et satis eleganti exarata. Infimo loco, infra nomen Emiri, ornamentum floriforme. In № 136 (133) Bohlen Ahmedis nomen in Ar. I. neglexisse videtur. Fuit hic Ahmed ben Mohammed praefectus urbis Balkh (Fr. Rec. p. 48. № 42).
- № 137. (132). **Balkh** anno 292. Notabilis! Ar. I. ut praecedens, sed caractere crassiore et minus eleganti litterisque superne fissis exarata et sine ornamento superiore loco adhibito. Margo interior: بنصر لله تسعين pro تسعين. Margo exterior: بنصر لله pro بنصر الله. Ar. II. infra ornamentum, sed magis simplex quam in praec. Margo: محمد رسول الله ارسله بالهدى cetera desunt. In praecedenti vero omnes margines juste se habent.
- № 138. (131). **Balkh** anno 292. Nummus rarus et notabilis (Fr. Rec. p. 48. № 41). Ar. I. super symbolo ornamentum lilio inverso simile, infimo loco punctum. Ar. II. littera ن nominis محمد fracta (undulata, ait Fraehn). Infimo loco signum, quod بلغ legi potest, ac si urbis nomen repetitum esset. Omnino hujus nummi litterae ornatae et fissae apparent.
- № 139. (129). **Samarkand** anno 292. Ar. I. margo اثنتين وتسعين ومائتين. Cetera ut in № 128. (Fr. Rec. p. 48. № 39).
- № 140. (130). **Schasch** anno 293 (906). Sicuti № 128. Nomen urbis certum est, etsi Bohlen Samarkandam legit. Numerus primus paene disparuit, sed ea quae restant non nisi

aut ست aut ثلث eum legi jubent; quum vero annus 296
 ad Ismaelis nomen non quadrat, extra dubium est, annum
 esse 293 legendum. Bohlen 292 legit, quod nullo modo fieri
 potest. Est igitur idem nummus, quem Fraehn Rec. p. 49 №
 45. recensuit.

№ 141. (136). **Enderabeh** (باندرابه) anno 293.
 Nummus rarus et notabilis (Fr. Rec. p. 50 № 52), in quo
 nomina Chalifae et Emiri disjunguntur. Nam Ar. I. infra
 المكتفى بالله *Al-Moktefi billah*, Ar. II. supra لله, tum
 symboli pars altera tribus lineis distributa (ut in № 112), de-
 nique nomen اسمعيل بن احمد *Ismail ben Ahmed* (non
 اسمعيلى quod Fraehn l. l. adnotat). Infra vocem رسول li-
 neae 3. nec non infra بن lineae ultimae punctum conspicitur.
 Urbs, quae in nummis semper Enderabeh, alias vero Ende-
 rab (اندراب i. e. *inter aquas*) sonat, sita erat in Chora-
 sana inter Balkham et Ghaznam. Alia hujus nominis urbs
 sita erat in provincia Gilan. Bohlen duas has urbes miro
 modo inter se confundens, eine Stadt, ait, in der Provinz Gil-
 lan zwischen Balkh und Ghasnin. Jakuto auctore tertia erat
 ejusdem nominis urbs in territorio urbis Merw, et hanc ipsam
 docet Endérabeh (pro Enderab) quoque appellari. V. Ej.
 Moschtarik p. 28.

№ 142. (137). **Schasch** anno 294 (906—7). Ceterum ut
 № 128. (Fr. Rec. p. 51 № 56).

3. Abu Nasr Ahmed ben Ismaïl

295—301 H. (907—913 Chr.)

№ 143. 144. (138. 143). **Schasch** anno 295 (907—8)
 Ar. I. margo خمس وتسعين ومائتين. Ar. II. inferne احمد
 بن اسمعيل, *Ahmed ben Ismaïl*. Ceterum ut № 128.
 Scriptura rudis et crassa. In № 144 (143) Bohlen annum
 298 legit. (Fr. Rec. p. 56. № 77, eo excepto, quod Fraehn
 numerum مائتين legit)

№ 145. (145). **Schasch** anno 296. (908—9). Ar. I. Margo in regione nominis urbis et primi numeri satis detritus est; sed numerus nullus nisi **ست** aut **ثلث** fuisse potest; quum vero posterior ad Ahmedis nomen non quadrat, **ست**, *sex*, legendus est. Bohlen **تسع** *novem*, opinatus est, sed hic numerus nullo modo e vestigiis potest enucleari. Urbem Bohlen Samarkandam divinavit; sed tam longo nomini, quum vox praecedens **درهم** satis clare adhuc apparet, spatium non est concedendum; contra vestigia quaedam haud spernenda nominis Schasch in reliquiis cognosco, et ea sunt littera media **ا** et ductus finalis litterae ultimae **س**. In Ar. II. loco Chalifae Al-Moktefi anno 295 defuncti legitur nomen **المقتدر بالله** *Al-Moktadir billah*; infra **أحمد بن أسعيل** *Ahmed ben Ismā'il*. Fr. Rec. p. 57. **№ 84.**

№ 146. (139). **Samarkand** anno 296. Ar. I. Margo **ماتين**; ipsius areae inscriptio sic disposita est:

لا اله الا الله	<i>Non est deus nisi Deus;</i>
وحده	<i>unicus est,</i>
لا شريك له	<i>non socius ei.</i>

Inferne punctum positum est. Ar. II. ut praec. Scriptura minus rudis quam in proxime praecedentibus. Bohlen nomen urbis Schasch notat, quum totius nummi scriptura bene servata sit et perspicua. Fr. Rec. p. 57. **№ 85. a.**

№ 147. (140). **Schasch** anno 297 (909—10). Ar. I. ut **№ 97.** Ar. II. ut praec. Fr. Rec. p. 58. **№ 89.**

№ 148. (141). **Samarkand** anno 297. Ar. I. ut **№ 146.**, sed sine puncto. Margo: **ماتين**. Ar. II. ut praec. sed sub voce **بن** lineae ultimae ductus quidam maculae seu laqueoli instar. Fr. Rec. ib. **№ 90.**

№ 149. (142). **Samarkand** anno 298 (910—11). Ar. I. ut praecedens. Ar. II. ut praec. sed sine macula. Fr. Rec. p. 60. **№ 96.**

- № 150. (146). **Samarkand** anno 299 (911—12). Ar. I. ut praecedens, supra ornamento quodam addito et littera ح vocis وحده puncto superne aucta. In margine numerus centenarius non plane conspicuus, sed وماتن scriptus esse videtur, ut apud Fr. Rec. p. 61 № 102. a.
- № 151. (144). **Balkh** (بيلج) anno 299. Nummus rarus. In Area I. superne magnum ornamentum floriforme. Infra symbolum nomen ابو نصر *Abu Nasr*, sed littera ص undulata, ut fere ابو نصر legeris. Ar. II. littera ن nominis محمد undulata, ut speciem nominis محمد referat. Infra nomen Emiri ornamentum seu signum monetarium. Cf. Fr. Rec. p. 62. № 105. Ceterum scriptura satis elegans. Infimae utriusque areae lineae legendo conjungendae sunt, ut sit plenum Emiri nomen Abu Nasr Ahmed ben Isma'il.
- № 152. (147). **Balkh** (بیدینه بلج) anno 300 (912—13). Character nummi hujus rarissimi satis elegans est. Margo I. ثلاثية. Nomina Chalifae et Emiri in utramque aream distributa. Ar. I. inferne Al-Moktadir billah, Ar. II. infra symbolum Ahmed ben Isma'il, et infra hoc nomen legitur vox القدرة *potentia*, sed in nostro exemplari praelo duplicato deformata; quae vox juncta cum voce لله supremo loco posita dicit: *Deo est potentia*. Infra vocem رسول punctum crassum. Fr. Rec. p. 64. № 115.
- № 153. (150). **Schasch** anno 300. Area II. paulum detrita est, sed Ahmedis nomen adhuc recognoscendum. Mirum igitur est, quo errore seductus Bohlen, quum annum plane conspicuum (ثلاثماية) recte legisset, hunc nummum Nasro ben Ahmed tribuere potuerit. Ceterum nummus noster cum nullo eorum, quos Fraehn p. 63. № 110—113 ejusdem urbis annique recensuit, plane congruit.
- № 154. (149). **Schasch** anno 301 (913). In area I. superne stella conspicitur octo radiis formata. Ceterum ut praecedens. (Fr. Rec. p. 65. № 120).



№ 155. (148). **Samarkand** anno 301. Sicut praecedens, excepta stella. Fr. Rec. ib. № 121. Bohlen nomen Chalifae Al-Moktefi billah legit; quae hac lectura commotus de negligentia, qua nummi Samanidarum cudi solerent, disserit, absolvuntur eo, quod clarissime nomen Al-Moktadiri legitur.

3. Is'hak ben Ahmed

Ismaelis ben Ahmed frater, praecedentis Ahmedis patruus, Mirkhondio auctore *), Ahmede anno 301 occiso summis rebus potiri studuit, cujus rei locuples testis est hic nummus, quem, ut dignitatem regiam sibi vindicatam indicaret, suo nomine ornavit.

№ 156. (152). **Samarkand** anno 301 (914). Nummus rarus et historiae documentum memorabile. Ar. I. ad norman praecedentium. Ar. II. supra لله, infra symbolum

المقتدر بالله	<i>Al-Moktadir billah.</i>
اسحق بن احمد	<i>Ishak ben Ahmed.</i>

Scripturae character fere Neskhi est. Fraehn Recens. p. 68.
№ 135.

4. Abul Hasan Nasr ben Ahmed

301—331 H. (914—942 Chr.)

№ 157. (151). **Samarkand** anno 301. Ar. I. supremo loco punctum. Ar. II. supra لله, tum duabus lineis distributum symbolum, denique

المقتدر بالله	<i>Al-Moktadir billah</i>
نصر بن احمد	<i>Nasr ben Ahmed.</i>

Fr. Rec. p. 70, № 142.

*) Hist. Sam. ed. Wilken p. 34—36.

- № 158.** (167). **Merw** anno 301. Nummus rarus, nec cum eo conferendus, quem Bohlen ex Fraehnii Rec. p. 66. **№ 128** affert, quippe qui eadem in urbe eodemque anno cusus Ahmedis ben Ismael nomen gerit. Ceterum nummi habitus solitus est, et praecedenti similis, excepto puncto in Ar. I.
- № 159.** (154). **Schasch** anno 302 (914). Ar. I. margo: اثنين وثلثاية. Ceterum ut praecedens. Fraehn exemplar cum numeri forma اثنين non adnotavit.
- № 160.** (155). **Schasch** anno 302. Ar. I. margo: اثنتين وثلثاية. Character scripturae minor et elegantior quam in praecedenti nummo. Fr. Rec. p. 71 **№ 145**.
- № 161.** (156). **Schasch** anno 302. Nummus hic quoque a praecedentibus diversus. Characterem quidem cum **№ 160**. fere congruit, nec non numeri formam اثنتين praebet; sed area I. superne punctum, Area II. infra vocem بن laqueolum ostendit similem ei in **№ 148**. Cf. Fraehn l. I.
- № 162.** (153). **Samarkand** anno 302. Character satis elegans. Margo I. اثنتين وثلثاية. Ceterum habitus solitus est. Fr. Rec. p. 71. **№ 146**.
- № 163.** (163). **Samarkand** anno 302. Prorsus praecedenti similis, sed in suprema area I. tria puncta (··). Bohlen annum satis conspicuum 308 legit.
- № 164. 165.** (160. 161). **Balkh** (بيلخ) anno 302. Ar. I. infra symbolum احمد, *Ahmed*, in margine numerus اثنين وثلثاية. Ar. II. infra nomen Emiri litteram س habet. Nummus rarus et notabilis. (Fr. Rec. p. 71. **№ 148**). Ahmed ille, cujus nomen in area I. legis, verisimiliter est Ahmed ben Mohammed ben Laits (بن ليث), a quo Nasr ben Ahmed post patris necem Emirur s. Imperator publice consalutatus est. (Cf. Mirkhond hist. Sam. p. 34). In altero exemplari **№ 164** (160) Bohlen nomen urbis Schasch, annum vero

haud legit; margo quidem circa illam regionem paulum laesus est, sed ea, quae restant, comparata cum altero exemplari, veram lectionem dubiam non relinquunt.

№ 166. (162). **Enderabeh** anno 302. Nummus notabilis. Ar. I. infra احمد, *Ahmed*, margo اثنين وثلثية. Ar. II. infra Emiri nomen littera س. Nummus igitur, urbis nomine excepto, praecedenti simillimus est. Fr. Rec. ib. № 149.

№ 167. (157). **Samarkand** anno 303 (915). Habitus nummi solitus. Fr. Rec. p. 73. № 156.

№ 168. (158). **Schasch** anno 304 (916). Ar. I. supremo loco ornamentum lilii instar. Ar. II. infra vocem بن lineae ultimae signum illud, quod jam in nummis № 148. 161. recensuimus. Fr. Rec. p. 75. № 163.

№ 169. (159). **Schasch** anno 305 (917). Eodem modo quo praecedens ornatus, praeterea vero media littera vocis لله in suprema area II. superne in lilium fere exerescit. Fr. Rec. p. 76. № 172.

5. Nuh ben Nasr

331—343 H. (942—954 Chr.)

№ 170. **Schasch** anno 341 (952). Characteris rudissimi nummus, idem quem Fraehn Nov. Symb. p. 14 № 21., sed diversus ab eo, quem Rec. suppl. p. 573. № 260. a. recensuit. Nam in suprema Ar. I. in nostro et in Pflugiano legitur signum م, in Petropolitano ح. Ar. II. solenni modo disposita praebet nomen Chalifae المستكفي بالله *Al-Mostakfi billah* et Emiri نوح بن نصر *Nuh ben Nasr*, et infimo loco sub nomine نصر punctum crassum. In prima hujus areae linea littera ح nominis ح in lilii formam exerevit. Ceterum nomen Chalifae Almostakfi, etsi jam anno 334 dignitate orbatus et 338 mortuus esset, longo tempore post in nummis Nuhi ben Nasr et Abdolmeliki ben Nuh apparet.

6. Mansur ben Nuh

350—366 H. (961—976 Chr.)

№ 171. **Schasch** anno incerto. Monstrum nummi rudissimum et negligentissime exaratum. Ar. I. لا اله الا الله etc. Margo interior: سنة بالشاش الدرهم *Cusus est hic Dirhem Schaschae anno*; quae sequuntur, expedire nescio; sic fere apparent مدللللل; ultima conjunctio ثلاثية *trecentesimo*, esse posset; sed quid facio cum illo مد? Num liceat legere ciphras ٤١, 61, ut annus sit 361? Formula solennis بسم الله *nomine Dei*, plane deest. Marginem exteriorem hic illic laesum sic lego: لله الامر من قبل ومن لله الامر من بعد ويوم... ذ الله لله | محمد | رسول الله | i. e. *Deo. | Mohammed | legatus Dei. | Mansur.* Nomen Chalifae plane extinctum. Margo: محمد رسول الله ارسله بهدى ودين الحق ليظهر على... الد cetera extincta, sed non nisi كله الدين supplenda sunt, ut finis versiculi, ولو كره المشركون, sicut in compluribus nummis, desit; vitia illa in verbis بهدى pro بالهدى, et ليظهره pro ليظهر satis conspicua sunt.

№ 172—177. Sex nummi monstrosi ad instar nummorum Samanidarum, sed partim perversis litteris, partim sine loco et anno, ab utraque parte aream II. et hanc vitiosam referentes, partim in margine iisdem signis mutilatis iterum iterumque repetitis aliisque mendis cusi. Arabicae linguae ignarorum artificum opera esse videntur nec digna, in quibus describendis diutius commoremur.

Classis Quarta.

Varii Nummi Asiatici.

1. Nummi Isphebedi vocati.

№ 178. Nummus pulcher Omari ibn al-Alà nomine signatus et qui diu pro Omari chalifae nummo habebatur. Ar. I. Caput virile cum tiara alata circulo inclusum. Intra circulum ad dextram capitis litteris euficis **عمر**, *Omar*, ad sinistram superiore loco signum monetarium, inferiore benedictio illa litteris Pehlevicis concepta, quam Olshausen litteris arabicis **افزود** (*afzud*), *crescat*, reddit. Extra circulum aequis distantiis quatuor stellae, praeterea ad dextram inferne vox, cujus priores litterae eadem sunt, quae in voce **افزود**, ergo **اف** aut **هف**; tertia vero littera nostram ciphram 3 cum cauda inferiore prolongata refert. Ad sinistram inferne signum tale **IIOL**. Area II. aram ignicularum cum custodibus tribus circulis inclusam praebet, intra quos ad dexteram nomen litteris Pehlevicis conscriptum **تپورستان**, *Tapûristân* (provincia nunc **طبرستان**, *Tebristân*)

dicta), ad sinistram iisdem litteris aeram **هشت ویست ست** i. e. (anno) *centesimo vigesimo octavo* distincte lego; nummus igitur secundum comparisonem annorum ab Olshausen (Pehlewi Legenden p. 34.) institutam anno 165 H. (781—82 Chr.) cusus est Al-Mehdio chalifarum sedem obtinente. Extra circulos quatuor stellae et quater terna puncta (∴) ornamento sunt. Nummus igitur idem est, quem Olshausen l. l. p. 19. **№ 4.** descripsit, et numero **هشت** excepto congruens cum illo, quem idem auctor in tabula sua **№ 3.** depinxit, qui vero numerum **هفت**, *septem*, praebet.

№ 179. Nummus Persicus Sasanidarum, habitu praecedenti similis, sed forma et scriptura rudiore. Ad sinistram capitis duobus hic circulis inclusi solennis illa formula **افزون** litteris Pehlewicis, ad dextram nomen Khosrois, litteris Arabicis sic reddendum **خسررب** Khusrub vel **خسروی** Khusrewi. Extra circulos inferne ad dexteram eadem vox mihi ignota, quam eodem loco positam in nummo praecedente descripsi. In area II. ad sinistram custodis lego numerum **چهار سی** *triginta quatuor*, ad dextram signum monetarium fere ut cuficam vocem **الله** praecedente lineola horizontali. Est igitur nummus Khosrois (aut Nuschirwani aut Parwizi) ex anno 34 aerae adhuc incertae. Cf. Olshausen l. l. p. 63—67.

№ 180. Nummus similis, sed temporis invidia magis corruptus. Nomen regis ad partem deletum, sed et hic nomen Khosrois in vestigiis latere videtur. Ad sinistram capitis vocis **افزون** nonnisi initium conspicuum est. In Area II. numeri pars prior sine difficultate **شش**, *sex*, legitur, de parte altera vero nihil statuere audeo. Ad dextram aerae est signum, litterae **س** finali, quum praecedenti annectitur, simile.

2. Nummus Dynastiae Atabekorum in Mesopotamia.

№ 181. Aereus. **Mausil** anno 627 (1230). Ar. I. Vir sedens, pedibus modo Turcarum implicatis, manibus lunam falcatam cornibus sursum evectis tenens. Extra lunam ad dexteram: **سنة**, inter lunam et caput, ad dexteram **ضرب بالموصل**, ad sinistram **وعشرين**, extra lunam ad sinistram **سبع**, (sic) **وستها**, i. e. si dispersa jungimus: *Cusus Mausilae anno sexcentesimo vigesimo septimo.*

Ar. II. sic se habet:

الامام	Imam —
لا اله الا الله	<i>Non est deus nisi Deus,</i>
محمد رسول الله	<i>Mohammed legatus Dei. —</i>
المستنصر بالله	<i>Al-Mostansir billah</i>
امير المؤمنين	<i>Emirus Fidelium.</i>


ut titulus Imami cum nomine chalifae, a quo symbolo Sunnitico intermisso avulsus est, legendo conjungatur. Margo superiore parte plane evanidus et abscissus; quae adhuc apparent, haec sunt **الملك الكامل الملك** i. e. *Al-Melik al-Kâmil, al-Melik al-A*(schraf) etc. Nummus idem esse videtur, quem Fraehn (Rec. suppl. p. 615. № 1, c.) regi Nâsir-eddino Mahmud Atabek adjudicat.

3. Nummi Khanorum Dschudschidarum.

№ 182. **Serai novi** anno 753 (1352).

Ar. I.	السلطان العادل	<i>Sultanus justus</i>
	جاني بك خان	<i>Dschani-bek Khan.</i>
Ar. II.	ضرب	<i>Moneta</i>
	سرای	<i>Serai</i>
	الجديدة	<i>novi</i>
	٧٥٣	<i>753.</i>

Character nummi rudis. Fr. Rec. p. 244. № 59.

№ 183. Aer. Nummus qui sine aliorum exemplorum comparatione definiri non potest. Ar. I. signum fere hoc  et alia apparent, Ar. II. lego.... الحروسة i. e. الحروسة, *custodita* (a Deo), et ciphram م. Cetera evanida sunt.

№ 184. Aer. Nummus male servatus. Ar. I. signa nescio quae praebet, scriptura hodie non apparente. Ar. II., quadrato ut videtur inclusa, has voces tenet, si recte video:

ض ب تبريز	Mone- ta Tebrizi
-----------------	------------------------

ubi nomen Tebriz sic fere scriptum est, ut Fraehn ad nummum Rec. p. 247. № 71. adnotavit; vocis vero سنة et numerum nullum video vestigium.

№ 185. 186. Duo nummuli argentei pessime servati et valde circumcisi, quos Dschudschidicos esse opinor, etsi nihil fere nisi singulas voces in iis legere possum, e. g. العادل, (in altero exemplari العال esse videtur), خان, خلد etc.

4. Nummi Imperatorum Baberidarum quos Magnos Mogolos vulgo vocamus.

№ 187. **Nasir-eddini Mohammedis Schâh**,
cusus in urbe **Delhi** anno 1148 (1735).

Ar. I. شاه ثانى
Nummus faustus Sâhib - Kirân secundi (i. e. Timuri Secundi, quo cognomine Nasir-eddin utebatur) Mohammed *Schâh*... cetera deleta sunt, sed supplenda: Padischâhi Ghâzi 1148.

Ar. II. دار الخلا ... شاه ... ن ... سنة ۱۸ جلوس
(Moneta) *Sedis Chalifatus Schâh Dschehân-Abâd anno 18 inaugurationis felicissimae*, Nummus ad-

modum crassus, sed minoris diametri, quam ut totam inscriptionem sibi destinatum capere potuisset. Fr. Rec. p. 455. № 41.

№ 188. Aer. **Schâhi-Alum II.** anno 1209 (1796—97) cusus, urbe non indicata.

Ar. I. sursum legenda sic: سنة جلوس ٣٧ شاه عالم پادشاهه *Anno suscepti imperii 37 Schâhi Alum Imperatoris.* Ar. II. linea tertia: يك پای سكه, *jek pâi sikkeh*, quod vel *monetam jek-pâi* (μονόποδα), vel, ut Fraehnio placet, *unam Pâi-monetam*, vel nescio quomodo vertas. Linea 1 et 2 eadem verba continent, sed litteris Bengalice expressa, sic fere, ut Devanagarice reddam: यकपाइ शिकका; prima littera fortassis ट्र legenda loco व. Infra lineam tertiam duae adhuc lineae apparent, quarum autem inscriptionem in exemplo nostro enucleare nescio; numeralia ad partem esse videntur. Fr. Rec. p. 456. № 47.

5. Nummi Georgiani.

№ 189. Aer. **Tamarac reginae** sine loco et anno; nummus perforatus est et inscriptio novis signis hic illic superimpressis saepius interrupta. Quae restant legenda, haec sunt:

Ar. I. ... ملکه البد	<i>Regina reg (um).....</i>
..... جلال الدنيا وا	<i>Decus mundi et (religionis)</i>
..... نام	<i>Tam(ar).....</i>
..... ظهير ... سي	<i>Adjutrix Messiae</i>

Ar. II. signa quaedam novo typo impresso deleta, et quatuor, quot video, litteras veteris Alphabeti Georgiani continet, quarum prima et ultima littera *th* esse videtur. Ceterum Tamar regina florebat annis 567—595 H. (1171—1198 Chr.).

№ 190. **Irakli II.** regis, **Tiflis** anno 1190 (1776), argenteus e numero eorum, quos Abbasios appellant. Ar. I.

رب العالمين الحمد *Laus (Deo) domino mundorum.*
 Ar. II. ٩. ضرب تفليس *Moneta Tiflis (11)90,* sed
 sic disposita:

ب

تفليس

..... ٩٠

ضرب

Centenarius numerus et millenarius extincti sunt. Supra in
 margine inclusa sunt verba يا كريم, o *Benigne!* Fr. Rec.
 p. 542 № 12.

№ 191. *Tiflis*, (?) anno, ut suspicor, 1800 vel 1801 nostrae
 aerae. Nummus argenteus nitidus et eleganter cusus, in-
 scriptionibus in utraque parte Georgianis tectus. Cujus lin-
 guae quum nihil nisi litterae mihi hucusque innotuerunt, in-
 scriptiones nummi litteris latinis reddere contentus ero. Ar. I.
 supremo loco litteram Georgianam *R*, deinde tribus lineis
 distributa haec praebet *K a r t h u l i | t h e t h r i |*
t s c h q d |, quam ultimam lineam litteras numerales conti-
 nere suspicor. Nomen *Karthuli* provinciam Karduel spe-
 ctare videtur. Infimo denique loco sub lineola horizontali
 lego litteras Russicas *п. з.*, quas sic supplere conor:
павелъ заступникъ i. e. *Paulus Protector*; atque
 haec ipsa conjectura est, cur annum 1800 vel 1801 nummo
 adjudicavi; ipso enim anno 1800 Paulus Russorum Imper-
 ator regni Georgiani a Persis vexati protectoratum suscepit.
 Ar. II. superne coronam, inferne duos ramos in crucem
 positos ostendit, in media area vero vocem Georgianam
th f i l i s i, per quam ego hujus linguae ignarus Tiflis
 urbis nomen intelligo. Sed videant viri me doctiores.

6. Nummi Sinici.

№ 192. 193. Duo nummi aere fulvo confecti, foramine quadratico e media area exciso, cujus quatuor lateribus in Ar. I. characteres Sinici mihi ignoti superstructi sunt; extremum locum margo prominens vacuus et latus occupat. In Ar. II. nonnisi duobus quadrati excisi lateribus sibi oppositis inscriptiones sunt additae (quarum altera fere arabicam vocem هو refert). Inscriptiones utriusque nummi eadem sunt.

№ 194. Nummus aereus minoris, quam praecedentes, moduli, sed ejusdem habitus externi; characteres Sinici alii idem, alii diversi esse videntur.

№ 195. Nummus praecedenti plane congruus, sed diversa, quantum video, inscriptione ornatus. Ar. II. plane detrita.

7. Nummi incerti.

№ 196. Nummus parvus argenteus, cujus utraque area quadrato inclusa est, sed satis detrita.

Ar. I. لا الا	Ar. II. لا الخ
..... بنده
.....

Cetera oblitterata, ut nihil certi de hoc nummo proponere coner.

№ 197. Nummus parvus argenteus, qui altera parte arabicam, altera mogolicam seu nescio qualem inscriptionem gerere videtur; sed neutram adhuc expedire potui.

№ 198. 199. 200. Nummuli tres argentei inscriptionibus mihi ignotis et imaginibus ornati. In uno eorum equitem dextera

ensem tenentem video. Bohlen in charta, qua eos involvit,
Tataricos esse animadvertit.

N^o 201. 202. Duo nummi aerei, altera parte virum orna-
tum dextera tridente fultum referentes, altera imaginibus
non amplius recognoscendis tecti. Typus est subtilis et
elegans.



Classis Quinta.

Nummi Osmanidarum.

1. Murad III. ben Selim

983—1003 H. (1575—1594 Chr.)

№ 203. Aureus. **Kahira** 983. (1575).

Ar. I. ضارب النصر صاحب العز والنصر في البر والبحر
*Cusor auri, possessor potentiae et victoriae terra mari-
que, (est)*

Ar. II. سلطان مراد بن سليم خان عز نصره ضارب في
^{١٨٣}*Sultan Murád filius Selim Khani, cujus victo-
ria magna sit. Cusus est in Misr, anno 983.*

№ 204. Aur. Urbs et annus non apparent, sed et hic **Ka- hira**e urbis nomen (مصر) in vestigiis latere videtur, etsi typus a praecedente discrepat. Inscriptio prorsus eadem.

2. **Soleiman II.** ben Ibrahim

1099—1102 H. (1688—1690 Chr.)

№ 205. Arg. magni moduli. **Constantinopoli** 1099. (1688).

Ar. I. سلطان البرين وحاقان البحرين السلطان ابن السلطان
Sultanus utriusque continentis et Khakan
utriusque oceani, Sultanus filius Sultani. Nota حاقان
 pro خاقان.

Ar. II. السلطان سليمان بن ابراهيم خان دام ملكه
Sultan Soleiman filius Ibra-
him Khani, cujus regnum diuturnum sit. Cusus Co-
 stantiniæ 1099.

3. **Ahmed III.** ben Mohammed

1115—1143 H. (1703—1730 Chr.)

№ 206. Arg. parvus. **Constantinopoli** 1115. (1703).

Ar. I. Monogramma Sultani cum variis ornamentis. Ar. II.
 ضرب في قسطنطينية 1115, *Cusus Costantiniæ* 1115.

4. **Mahmud I.** ben Mustafa

1143—1168 H. (1730—1754 Chr.).

№ 207. Arg. parvus. **Constantinopoli** 1143. (1730).

Ar. I. Monogramma Sultani. Ar. II. ضرب في قسطنطينية 1143
Cusus in Costantinia 1143. Ad sinistram numeri littera ح.

№ 208. Idem nummus, ejusdemque inscriptionis, sed ad sinistram numeri signum عا praebens. Numerus unitatis incertus.

№ 209. 210. 211. Arg. parvus. **Tunis** 1152. (1739).

Ar. I. سلطان محمود *Sultan Mahmud.* Ar. II. ضرب 1152
 في تونس *Cusus in Tunis.*

№ 212. (Idem nummus, sed) **Tunis** 1163 (1750). Ar. I.

Sultan Mahmud Ar. II. ضرب في تونس 1163, *Cusus*
in Tunis.

5. **Mustafa III.** ben Ahmed

1171—1187 H. (1757—1773 Chr.)

- № 213. Arg. parvus. **Kahirae** 1171. (1757). Ar. I. Tughra. Ar. II. 1171 *ضرب في مصر سنة 1171 Cusus in Misr anno 1171.* Valde detritus.
- № 214. Arg. ejusdem moduli. **Tunis** 1172. (1758). Ar. I. *ضرب في تونس Sultan Mustafa.* Ar. II. 1172 *Cusus in Tunis 1172,* fortassis 1173.
- № 215. 216. Arg. ej. moduli. **Kahirae** incerti anni. Ar. I. *ضرب في تونس سلطان مصطفى Sultan Mustafa.* Ar. II. Supra enucleo *cusus victoria magna sit,* infra *مصر, Misr.*
- № 217. Arg. majoris moduli. **Kahirae** 1183. (1769). Ar. I. Tughra. Ar. II. 1183 *ضرب في مصر سنة 1183, Cusus in Misr anno 1183.* Supremo loco, supra *ضرب* vocis *ب* signum *ع* praecedente parva cruce +

6. **Abdolhamid** ben Mustafa

1187—1203 H. (1773—1789 Chr.)

- № 218. Arg. ejusdem moduli ac 215 et praec. **Constantinopoli** 1187. (1773). Ar. I. Tughra. Ar. II. 1187 *في قسطنطينية ... (Cusus) in Costantinia 1187.*
- № 219. Arg. majoris moduli. **Constantinopoli** 1198. (1784). Ar. I. ut № 205; addito supra vocem *ابن* numero 14, qui indicat nummum anno a suscepto Sultanatu duodecimo cusum esse. Vox *خانان* hic juste scripta. Ar. II. Tughra, infra quam 1187 *ضرب في قسطنطينية Cusus in Cost. 1187.*

7. **Selim III.** ben Abdolhamid

1203—1223 H. (1789—1808 Chr.)

- № 220. Arg. maximi moduli. **Constantinopoli** 1204. Ar. I. ut praec. addito supra vocem *ابن* numero 2, de cujus significatione v. praec. Ar. II. Tughra, infra quam linea recta horizontalis; in segmento: *ضرب اسلامبول في 1204 Cusus*

Islambulae in (auno) 1203. Sed puto legendo transponenda esse voces في et اسلامبول.

N^o 221. Nummus parvus argenteus, modulum **N^o 207** et sequentium tenens, qui Bracteatorum modo cusus nonnisi una in area Selimi Sultani monogramma praebet.

N^o 222. 223. 224. Tres nummuli ejusdem moduli, sed infausto tempore plane fere inscriptione orbat.



N^o 225. 226. Duos Siclos Judaicos fusos, et

N^o 227—231. Quinque nummos aereos Samaritanos accuratius hic describere omitto, quia Sicli et notissimi et ficticii, Samaritani vero infausta die obliterati nec non ipsi ficticii sunt.



1. **№ 221.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 222.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 223.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 224.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 225.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 226.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 227.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 228.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 229.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 230.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 231.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 232.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 233.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 234.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 235.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 236.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 237.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 238.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 239.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*
 1. **№ 240.** *Mir* in area Schim Sultan monasterii p. 1711. *Ar. I.*

G. Abdallah ben Mustafa

(1171-1200 H. (1773-1781 Gr.))

№ 218. *Arg. eisdem modo* in 215. **Constantinopoli** 1171. (1773). *Ar. I.* *Tugra*. *Ar. II.* *قوسطنطينية* 1171. *Cusus in Constantia* 1187.

№ 219. *Arg. eisdem modo*. **Constantinopoli** 1187. (1774). *Ar. I.* *Ar. II.* *قوسطنطينية* 1187. *Cusus in Constantia* 1187.

7. Schir III. Abdallah

(1200-1223 H. (1789-1809 Gr.))

№ 220. *Arg. eisdem modo*. **Constantinopoli** 1200. *Ar. I.* *Ar. II.* *قوسطنطينية* 1200. *Cusus in Constantia* 1200.



D: M6 145

M6 145



ULB Halle 3/1
001 342 207

